

Gottfried Weiss

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Gothofredus Weiß ... Ad
Exequias, Quas Feminae ... Johanna von Hillen/ Coniugi suae desideratissimae,
Vir ... Dn. Jacobus Diestler/ Reip. Rostoch. Senator optime meritus, &
Provincialis Aerarii Praefectus longe dexterimus, Hodie Paratas Cupit. Omnes
Academiae Cives officiose & amanter invitati**

Rostochii: Wepplingius, [1691]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771562004>

Druck Freier  Zugang




Weiß, G.,

in J. v. Hillen,

uxor. J. Diestler.

Rost. 1691.





6
20

PROGRAMMA RECTOR UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS GOTHOFREDUS Beiß/ P. & ad Ædem D. Nicol. Ecelesiastes, AD EXEQVIAS, Quas Nobilissimæ, laudatissimæ que JOHANNÆ von BEßLER/



Conjugi suæ desideratissimæ,
VIR Prudentissimus, Amplissimus, Spectatissimus,
DN. JACOBUS
BEßLER/
Reip. Rostoch. Senator optimè meritus, & Provincialis Ærarii
Præfectus longè dexterimus,
HODIE PARATAS CUPIT,
Omnes Academia Cives officiose & amanter invitati.
Rostochii, Typis JOH. WEPPLINGII, Univers. Typograph.



Agnum sine dubio benignitatis
divina argumentum est, cum de felici
partu gaudere licet conjugibus, et sine
nuptiali foedera sociatis, ut benedicente
Numine sobolem procreent, nominis &
fortunatum hæredem, vivumque sui post
fatum monumentum. Postquam enim ju-
stissimo Dei vindicis zelo, prævaricatione
protoplastorum provocato, non so-
lum Eva omnium viventium Matri, sed
omni simul in universum muliebri texui,
peccularis, ob peccandi factum initium, dicta poena est: *cum dolo*
reparies: tantæ sanè tamque varia patiendi negotium difficultates, do-
lores & pericula occupant & proxime levuntur, ut verbis explicari haue
facile possit. Cum in beato innocentiae statu, sine omni molestia ge-
tendus uterus, æquæ aësferum virgineum, gestatu facillimum gratissi-
mumque, juxta dictum Lutketi, deponendusque fuisset; nunc amissa in-
tegritate id ominus tamen grave factum quam quod gravissimum, adeo qui-
dem, ut ærum noscere portetur, ærumnosius & ærumnosissimum è devolutus.
Ita Christus Servator noster ipse hæc dicit: *Mulier cum parit, dolorem*
habet quis venit hora ejus, Joh. XVI. 21. Prout alias quoque DEI
Spiritus per ora sanctorum Virorum, exquisitissimos acutissimosque do-
lores significaturus, parturientis angores adducit, ut inter alia loca ap-
paret ex Es. c. XXVI. 21. Notumque illud Medea apud Euripidem est,
quam semel decies in acie stare male dicebat, hostiisque frontem adver-
tere, quam patiendi officio semel defungi. Et dolendum utique est,
præstantissimum inter omnia creatuæ hominem, iniquiori si vice uti
præ ceteris in toto terrarum orbe brutis ferisque animahtibus, naturæ
sua conditione, illò alijs longè inferioribus, quod testatur lib. VII.
Hist Animal. C. 9. Aristoteles. Cum maxime tantis doloribus juncta sint
præsentissima mortis discrimina. Gravidam & parientem, quasi ægrot-
tam & morientem haut immetito dixeris. Quod pluribus adstruere
supervacuum duco, cum ipsa experientia, omni exceptione major te-
stimoniū ferat. Hinc etiam est, quod absque singulari ope & auxilio
Omnipotentis Dei, ad oculum hic patente, feliciter id confici negoti-

viii.

um neutquam posse putetur. Agnovere id ipsum gentiles quoque,
unde inter alia Romanæ superstitionis argumenta haut postremum est,
optum nihilominus rei de qua quærimus confirmandæ testimonium,
quod juxta Svetonium, Plinius aliquie referunt: nimirum, Agrip-
pinæ, Germanici Cæsaris conjugæ, Caligulae Matre, scutu liberatâ,
aras publicas positas esse hâc inscriptione ornatas. *Ob Agrip-
pinæ puerperium.* Ita enim, postquam solennis consuetudo invalue-
rat, earum rerum qvæ gratissimæ exsistissent, aut maxima viderentur
memoriam, publicis statuis arisque alterere, bonitatis ac potentiaz
divinæ opus, omnium ferè maximum, quoscilibet hominum nativitates
promovet, publicâ devotione venerabantur. Et certè, si admiran-
dam foetus inter angustissima primæ domus claustra formationem,
& difficilimam, cum ista deserit atque abject eductionem, periculosis
simaque symptomata consideres, ita omnia insolita occurunt, ma-
gna atq; discriminis plena, ut nihil hic humanis opibus aut arte ministra,
omnia vero majori DEI virtute agi confitearis. *Qvam qvia suo modu-
lo, prout solet, verâ DEI cognitione haut imbutus hominum animus,*
metiebantur prosani, hinc factum etiam, ut inter varios, quasi non
sufficeret tantis laboribus, doloribus atque periculis sublevandis, unius
opera, eandem partiretur Ethnicorum supersticio, Junonem, Lu-
cinam, Nixios, Bonam Deam, Hecatem, & alia Orco educta mon-
stra puerperio præficiens. Ast vana nomina, vanissimaque consilia: re-
ctius divinitæ sapientiæ luce collustrati scimus, ad unius DEI imperium
& ingredi mundum homines & eodem exire. Deus nobis unus solus.
que est, qui uti sapientiæ, nec minoribz nobilitate ac potentia, quicquid
hic orbis tenet, produxit olim: ita benignissimus istius conservator, ho-
minis præprimitis quem mundo præsidem fecit, ortum & generationem
promovet, dum & sapientissimè inter caliginosa intimum recessuum
latibula, eundem concinnat, & potentissimè descripto statoque tem-
pore, novum mundi civem in lucem educit. *Tu es, inquit in Persona*
Messia David, qui me extraxit ex utero matris meæ Ps. XXII. 10. Adeò
summi Del est eritque opus, homines nasci! quod si feliciter eveniat, tum
pli gaudio, gratæque eo magis deprædicationi datur locus. At verò
tum demum feliciter planè & ex voto id contigisse putandum est, cum non
solum problem, post superatam partus difficultatem & pericula, vivam,
corporis animæque viribus integrum, membrorum figurâ & formâ abs-

humana specie a elegancia haut abludente constantem, hancen s gravissime affecta mater, viderit, gaudiique sui exinde percepti participem maritum fecerit; sed ipsa etiam vitibus indies aucta, residuo ex partu motbos & mille incommoda feliciter superaverit, ita ut problem non solum svavi salutare osculo, patriisque fovere amplexibus Patri, sed conjugem etiam conjugi constanter licet. Quot fomentis ob teneritudinem corporisq; infirmitatem indigent infantes; quot curæ post primam etatem transactam comitantur educationem? Quis vero debita sollicitudine illa parare, tamque circumspecte ac par est, alimenta convenientia curare & educationi primæ operam navare valebit, nisi ipsa foverit & curaverit quæ partum edidit Mater. Quæsi morte infausta & prematur paucis à partu diebus elaudat vitam; an non omnem simul ex animo mariti tollet latitudinem, tristitiaque nebulis priorem pellet serenitatem. Major omnino intensiorque mariti erga frugi uxori, quam erga sobolem amore est, siquidem arctiori & amabiliori necessitudine juncta nobis uxores, & individua vita consuetudine, divinique ac humani juris communicatione conjunctæ, nec pars saltim aliqua pectoris sunt ut liberi, sed cordis plus quam dimidium quæ nubendo non prosperæ solum sed omnis fortunæ necessitatem inèunt, & fide pariter ac observantia, pietate, obsequio liberis nequam cedunt. Quod si ergo eò gravior est justitia rei, & acerbior qui subsequitur dolor, quod illa fuit earior, profecto de partu alias sic latus felici, infelix gaudium fuerit, si, prole licet superstite, parens amabilissima, maritaque conjunctissima vitam ponat. Ethocipium est, quod adeo torquet & excruciat Virum Prudentissimum, Amplissimum atque Spectatissimum Dn. JACOBUM Diesler Senatorii ordinis, ut & Provincialis Aerarii præfatum gravissimum, laudatissimum, Fautorem atque Amicum nostrum honoratissimum, cuius gratia haec scribimus: et enim hujus duleissima tori socia, pariendo prohdolori periiit, non diu post partum editum extineta. Semper alias Conjugis dilecta marito acerbissima existere autumo, quo curisque tandem morborum genera illa pereat. Neque moror Numam illum Pompilium, liberos quidem decennio minores tot menses à parentibus, quot ipsi vixissent annos deflari jubentem; uxores autem à maritis suis lugeri nefas putantem. Cui sapientissimus alias Seneca insipientem satis pollicetur premit, cum inquit, viris nullum esse tempus lugendi à majoribus constitutum, cum nullum sit honestum; quod, cum non Chrysippi lucernam, sed

1776

Stoicē muriām oleat, rejiciendūm mērīto & explodendūm
fuerit. Potissimum tamen intimos animi sensus percellit moeror, mi-
serisque modis affligit Virum, nisi robur habeat circa pectus & os tri-
plex, & immanitate barbaras gentes ferasque beluas superet, atque
adeo hominem penitus exuat, si ob vitā beneficium, vitā exitium fer-
re, svavissimam costam suam viderit; si generis & nominis sui pro-
pagandi causā, tot incommodis gravatam, tot laboribus exhaustam,
doloribusque maceratam, functo tandem intensissimis cruciatisbus pa-
riendi officio, viribus prostratis languidam, novis morborum & do-
lorum augmentis miserrimè habentem, moxque vita planè privatam vi-
deat. Condolemus ergo ex animo Tibi Vir spectatissime, nec à lacry-
mis hæc cogitantes temperare nobis met ipsi possumus. Cum maximè
tertiā jam vice proh dolor! hic te luctus lancinet, veteraque vulnera,
quæ cicatricem duxerant hòc tertio svavissimo conjugio, nunc recru-
descere faciat. Judæorum magistri, quos Rabbitios vocari notum est,
in Thalmude suo (Massech. Sanhedrin fol. 22. col. 1. allegante Carpzovio
Funebri. P. 1. p. 673.) asserunt, maritum, primam conjugem amittentem
non aliter affectum esse debere, quam si eo tempore viveret, quo tem-
plum Domini desolatum fuit. Quibus verbis alii statim subjiciunt:
ita obscurari lumina talis viri, ut totus orbis densis renebris involvitus
eidem videatur. Cui confirmingando, more suo adducunt dictum Eze-
chieliis XXIV. 16. quod ex lutheri versione ita habet: Du Menschen
kind / sihe / ich will dir deiner Augen iust nehmen durch eine Plage. Ve-
rissimè omnia, quæ neino facilè, expertus neutiquam negaverit. Quid
ergo de æruminis vidui hujus nostri judicabimus? cui duas jam mors ante
avulsi conjuges amabilissimas. Sine dubio ingeminat nunc quoque jux-
ta HILLENIAM suam recehs denatam, primam, ANNAM MAR-
GARETHAM SEBESSIAM A. 1670, fato funētam, quæ qualis fue-
rit, ex testimonio fide dignissimo Theologi, doctrinā & pietate magni
B. HEINRICI MULLERI patet, qui de eādem in publico
Programmate hæc inter alia in laudem ejus dixit: Non
altera facile Conjux à suo tenerius adamata marito, hæc nostra
fuit. Quippe cui singulari quidam, qui amabilem illam omnibus
effectit, modestie erat ac humilitatis genius, sine furo raudor, pietati
q̄d indefessum exercitium. Ut raceam, quam illa cum JACOBO
suo ad arbitria placidissimè convixerit, inter q̄d illi fuerit negotiorum

ardua refrigerium, aduersitatem inter coagula solamen; quam like-
-rorum provida antistes, quam familia regunda solens moderatrix,
pauperum, hilaris & constantissima adjutrix. Coronam domus sis
lucaveris, que paradius quidam fu. r. vix quidquam dixerū. Re-
cordabitur etiam secundæ ANNAE MARGARETHÆ PALTHE-
NIAE, An. 1683, terris his exēpta, non minori laude abs B. BACK-
MEISTERO, Medico & P. P. de hāc Academiā in primis meritissimo,
celebratæ. Tot ergo in unum nunc velut corriuantur dolores, qvibus
tamen maximum pondus, recentissimus addit. Hæc enim Tertia
beatissimè functa HILLENIA, mœrorem, ut sic loquar perfectum
reddidit, cum omne trinum dicatur perfectum; Hujus in consor-
tio transigere vitam, si DEO ita placuissest constituerat; Hæc sola
pariendo perii, reliquis alio mortis genere pereumptis. Unde non
immerito æternum doloris è conjugis tam desideratissimæ quam dul-
cissimæ abitu enati, monumentum statueret, atqve non tam atrameu-
to, coloreve alio, quam lachrymis inscriberet;

Ob Puerperium HILLENIAE.

Ad eò verum de hoc Viro mestissimo est, qnq; de Essexiæ qvodam
Comite notatur, qvi, cum gravissimo mœrore affictus, signum ejusdem
statuere vellet, nullo tandem qvod doloris responderet magnitudini re-
perto, pampula candidæ omni imagine vacua, id lemma adscriptu;

Par nulla figura Dolori.

De virtutibus B. nostræ, quæ eo intensius reliquære ejus desiderium, in-
fra pro spatii ratione qvædam dicemus. Ut autem ortus ejus efful-
geat splendor, quem virtutum claritas non poterat non insequiri, pan-
demus paucis Familiarum Majorumque clarissimorum lucem. Nata nimis est An. 1683. d. 26. Octobr. hic Rostochii, Patre, Viro.
Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo, DN. JOHANNE CHRIS-
TOPHORO von Hillel. J.U.D. Consistoriique Serenissimorum
Ducum Mecklenb. Advocato & Procuratore ordinario solertissimo;
Matre vero, Femina Nobiliss. ANNA ELISABETHA COTHMAN.
Avus Paternus exstitit Vir Nobilissimus, Excellentissimusq; Dn. JOHAN-
NES von Hillel. J.U.D. & Serenissimi Regis Daniæ, ut & Saxonia In-
fectoris Principis Consiliarius gravissimus; Avia Paterna, Femina fulgi-
dissima ELISABETHA Gerdes; Dn. MARTINI Gerdes; Jcti D. &c
Con-

Consulis Gustoviensis Filia. Proavis Paternus, Dn. JUSTUS von
Hilchen Civis & mercator Osnabrugensis præcipius; Proavia Ma-
trona optima Adelhei Schröders. Abavus Paternus Dn. JUSTUS von
Hilchen sub Principe Uranie Ludovico Equitum Magister, annoque
castrensis Praefectus, Domini JOH. von Hilchen in castris His-
paniarum Monarchæ Philippi in excubiarum summi Magistri filius &
Dn. JUSTI von Hilchen Britanni, sub Carolo V Imperatore Cen-
turionis, nepos. Avus Maternus fuit Vir Ampissimus & Consultissi-
mus Dn. FRIDERICUS COTHMAN, J.U. D. fulgidissimus. Avia,
Nobilissima CATHARINA JUNGEN, Dn. D. NICOLAI JUNGII,
Sereniss. Principis Holstiae JOH. ADOLPHI, Cancellarii
Filia. Proavis Maternus, JCtus Incomparabilis Dn. ERNESTUS
COTHMAN, Prof. P. & Syndicus Academæ nostra, nec non
Consiliarius intimus & Cancellarius Megapolitanus; Proavia, Femina
laudatissimæ ELISABETHA Heins, Dn. D. FRIDERICI Heins,
Jcti & P. P. celeberrimi h. Acad. postmodum Consulis & Syndici
civitatis h. meritisimi Filia; Abavus, Dn. DIETERICUS COTH-
MAN, Consul Lemgoiensis, GODSGHALCI COTHMANNI,
itidem Consulis ejus loci Filius; ABAVIA, CATHARINA GRO-
TEN, Dn. DIETERICI GROOTEN, Consulis & Patricii Lemgo-
viensis Filia. Hos parentes & Majores nacta est B. nostra, statimque
ac nata, sacratissimo baptismi fonte inita & regenerata est, in me-
moriam hujus, nomine JOHANNÆ adepta. Et sollicitè omnino
eam habuere patentes optimi, nihil ad ejus educationem honestam
majorumque virtutibus conformem, reliquum facientes. Post dis-
cessum autem Dn. Parentis ex hac vita, Matre domicilium Lubecam
transferente, sub ejusdem porro curâ fuit, pietatis aliarumque virtu-
tum sexum suum ornantium exercito sedulo vacans. Illâ etiam pie
denata, huc reveria est, & abs B. Dn. D. DOEBELIO qui germanam e-
jus sibi rem tori habebat sociam humaniter excepta. Cum jam ma-
tura viro & plenis nubilis annis foret, ille etus ejusdem pietate, mode-
stia, aliisque honestis illecebris, modestissimus nunc Viduus supra nomi-
natus, eam uxorem duxit An. 1684. m. Iulio. Qvod conjugium V.
liberis DEO benedicente secundum exstitit, enixa enim est, JOH.
CHRISTOPHORUM, ANNAM ELISABETHAM, JOH.
HEN.

HENRICUM ; ANNAM MAGDALENAM , & JOHANNAM
DOROTHEAM . Vitam ejus quod attinet , omnes bene novimus ,
nam nostram sinceram pietatem , verbique divini amore , patientiam , & humilitatem
emicuisse , nec aliis virtutum ornamentis , in primis misericordia
erga egenos & miserios desitutam extitisse . Unde DEO & hominibus ,
principi Marito suo dilectissimo per placuit , qui si DEO ita fuisset visum
residuum aetatis sua libentissime cum ea exegisset . Sed aliter fuit in fa-
tis , postquam enim ante tres hebdomadas , filiolam natu minimam in-
lucem edidit , ut ut initio sic satis valere videretur , gravia tamen
partum insecula symptomata mox sensit , quae omni adhibita Dn. Me-
dici operae cedere noluerunt , donec d. 28. mensis elapsi , post benedicti-
onem sacerdotalem h. 7. vespertinam , placide spiritum DEO redderet .
Fidem suam constantissimam ad extremum halitum usque satis de-
monstravit , iteratis suspiriis devotissimis , qualia fuerent preprimis :
Herr Jesu dir leb ich &c. Ich hab fur mir eine schwere Reise ex cantilena
notat , Herr Jesu Christ meins Lebens Eicht Jt. Was mein Gott will .
Herr wennich nich mehr reden kan &c. Ach JESUS Wunden zum
Weichluss / & alia plura , sicque vitam cum morte beatissimam commu-
tavit . Tu vero Vir prudentissime , spectatissimeque Dn. DIESTLERE
Fautor optime , quae es pietate in exemplum conspicua , & alias vacillan-
tes ac labentes divino solatio erigendi potentiam , confirmate ipsum ,
& fer patienteronus , quod paterna Dei Tui manus Tibi satis grave
imposuit . Plura nunc non addo . Vos autem O.O. Cives Academi-
cos eam quae fas est humanitate rogo , ut beatissime animae
exuyias , conditorio suo hodiernam luce inferendas ,
frequenti presentia comitemini .

P.P. Sub Sigillo Rectoratus d. IV. Maij. A. MDC XCI.
Conventus fiet in Ade Marianâ ad horam I.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771562004/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771562004/phys_0013)

DFG





*etiam deinceps Stoicæ muriatam oleat, rejiciendum meri-
 fuerit. Potissimum tamen intimos animi sensus pa-
 serisque modis affligit Virum, nisi robur habeat ci-
 plex, & immanitate barbaras gentes ferasque bel-
 adeo hominem penitus exuat; si ob vitæ beneficiu-
 re, svavissimam costam suam viderit; si generis
 pagandi causâ, tot incommodis gravatam, tot labi-
 doloribusque maceratam, functo tandem intensissi-
 riendi officio, viribus prostratis languidam, novi-
 lorum augmentis miserrimè habentem, moxque vi-
 deat. Condolemus ergo ex animo Tibi Vir spes &
 mis hæc cogitantes temperare nobis met ipsi possum-
 tertia jam vice proh dolor! hic te luctus lancinet,
 quæ cicatricem duxerant hòc tertio svavissimo co-
 deiscere faciat. Judæorum magistri, quos Rabbi in
 in Thalmude suo (Massech. Sanhedrin fol. 22. col. 1. a
 Funebr. P. 1. p. 673.) asserunt, maritum, primam con-
 non alicer affectum esse debere, quæ si eo tempore
 plum Domini desolatum fuit. Quibus verbis a
 ita obscurari luminatalis viri, ut totus orbis deni-
 eidem videatur. Cui confirmando, more suo ad
 chielis XXIV. 16. quod ex lutheri versione ita hab-
 kind / sihe / ich will dir deiner Augen lust nehmen du
 rissimè omnia, quæ neino facile, expertus neutiquam
 ergo de ærumnis vidui hujus nostri judicabimus? cu-
 avulsit conjuges amabilissimas. Sine dubio ingeminata
 HILLENIAM suam recehs denatam, primam,
 GARETHAM SÆBESSIAM A. 1670. fato fundi-
 rit, ex testimonio fide dignissimo Theologi, doctri-
 B. HEINRICI MÜLLERI patet, qui de
 Programmate hæc inter alia in laudem ejus
 altera facile Conjurx à suo tenerius adamata
 fuit. Quippe cui singularis quidam, qui ama-
 effect, modestie erat ac humilitatis genius, sine
 tisq; indefessum exercitium. Ut raceam, quam
 suo ad arbitria placidissime convixerit, interga-
))*

